



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Accusatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

ARMA, SIVE INSIGNIA.

Primò, quando arma, sive insignia possint auferri, vel mutari à capellis, seu Ecclesiis, vide Capyc. *decis.* 27. n. 41. *Et infra*, quando probent absque Scripturis, vide Guid. Pap. ubi Bart. in materia, *in suo tract. de insig. & arm.*

Secundò, arma, insignia, seu literæ, sive epitaphia inscripta in lapideis marmoreis, an probent? Dic quod sic, *glos. in c. 1. in verb. scripturam, de instr. Novell. de iure protomis. §. quintus, num. 94.* tertio per litteras marmoreas probatur etiam jus patronatus, Bal. *conf.* 310. *vol. 5. Bar. conf.* 135. Ripa l. 1. n. 37. *ff. si cere. per.* Guid. Pap. *decis.* 341. n. 3. Vin. de Anna. *sing.* 283. Abb. *in c. proposuisti. n. 9. de conf. Eccl. vel altar. gl. in c. cum causam, in verb. per libros, de probat. & libri chronicorum, seu historiarum apud Aqueus. decis.* 190. *secunda p.*

Tertiò, arma prohibita, ut archibuffetos brevioris mensuræ duorum palmorum deferentes, quas pœnas incurrât, vide Pii IV. Bullam 65. & deferentes pugiones, cultellos & aliud genus armorum brevioris mensuræ trium palmorum, vide Pii V. Bullam 151. quarto clerici non possunt portare arma. *c. quicumque 23. q. 8.* nisi causa inimicitiae arma defensiva, *gl. ibi*, sed dicit, ut faciant sicut Moses, *c. fin. 36. distinct.* Afflict. *in constitut. Apostatantes, num. 19.*

ACCUSATIO.

Primò videto Diaz. *pract. crim. can. c. 6.* quomodo fieri, vel formari debeat.

Secundò, quod discrimen sit, quando proceditur via accusationis, vel inquisitionis, vide *in c. inquisitionis, de accus.*

Tertiò, quid si confiteatur, etiam quando per viam inquisitionis, vide Diaz. *loc. cit. c. 19.* Foller. *pract. crim. tit. de confess. n. 86. & r. 2. de confess. & f. 96.*

Quartò, licet de iure accusator describi debet ad pœnam, si non probet, *ut in c. super his, de accus.* tamen si omissa fuerit inscriptio, non ideo vitatur processus, & ista inscriptio accusatoris hodie recessit ab usu; per contrariam consuetudinem, Foller. *ubi supra*, fol. 98. n. 3. & hoc affirmat ex Afflict. & Aret. ut ibi est videre: quod utinam hodie observaretur, ut antiquitus. Juxta ea, quæ dicit Bernar. *in lib. de considerat. ad Eugenium*, Covar. *lib. 2. c. 9. n. 1. var. resol.* tamen accusator deficiens, arbitrio iudicis puniendus est. *dicto c. super his, & Clarus q. 18. vers. quando*, dicit esse communem opinionem, sed hoc fuit abolitum ab usu, quia multi perterriti subscriptione, nolebant accusare, & ita sublata fuit subscriptio, idem Clarus *q. 81. vers. sed quæro*, tamen quando deficiunt in probatione, possunt etiam puniri.

Quintò, usque ad quem gradum admittantur ad accusandum consanguinei prosequentes suorum injuriam, vide Maran. *6. par. c. 1. n. 62.* ubi concludit usque ad sextum inclusivè.

Sextò, clericus potest accusare reum cum cautela, *prout in c. Prælati, de homic. lib. 6.* quia stante illa cautela, etiam si post accusationem sequatur mors, vel mutatio, non ideo est irregularis, Sylvest. *in ver. accusatio, §. 4.* Gomez. *in q. 2. col. 4. de ann. poss.* Foller. *ubi supra, in frag. n. 7.* Sot. *lib. 5. art. 1. in fi.* & hoc non solum in criminalibus quæ sunt contra

bonum

bonum publicum, sed etiam contra bonum privatum, Covar. in Clem. 1 de homic. 2. p. §. 5. Cajet. 2. 2. q. 35. art. 7. & Sot. in tract. de rat. leg. vel deleg. secr. Navar. in c. periculose, n. 6. in gl. de pœnit. dist. 1.

Septimò, accusari an possit quis pluries de eodem crimine, vide c. per scripta, §. libellorum, 2. q. 8. Covar. lib. 2. cap. 10. var. resol. §. accusatus actore non probante an sit diffinitive, vel ab observatione iudicii absolvendus? vide, & distingue cum Covar. lib. 1. c. 1. nu. 8. & lib. 2. c. 10. an cum clausula novis supervenientibus.

Octavò, accusans falsò, vel calumniòse, punitur, cap. cum dilectus, de calum. & c. qui non probaverit 2. q. 3.

Nonò, quando quis teneatur accusare ex officio: vide multa per Felin. in d. ca. cum dilectus, ubi ponit quinque causas.

APPELLATIO.

SUMMARIUM.

- 1 Quando liceat appellare à sententia suffraganei ad Metropolitanum.
- 2 Quando appelletur à sententia excommunicationis suffraganei ad metropolitanum, qua paxi sit utendum.
- 3 An sit necesse appellare coram iudice à quo, & ab eo admitti, vel an sufficiat habere recursum ad superiorem & remissivè, n. m. 19.
- 4 An possit iudex à quo absolvere ad tempus excommunicatum appellantem, pendente lite cum reincidentia.
- 5 Que differentia sit, quando appellatur ab interlocutoria, seu gravamine, & quando à diffinitiva, quoad iudicem ad quem.
- 6 Quodnam dicatur gravamen irreparabile.
- 7 Qua forma sit inhibendum Episcopo.
- 8 An ab Episcopo exempto, qui tamen semel eligit in Conc. provinciali Metropolitanum, sit appellandum ad dictum Metropolitanum electum.
- 9 An omnis appellatio sit admittenda, & maximè quando appellatur à comminata tortura, vel à comminata censura Ecclesiastica, vel à notorio facto.
- 10 An teneatur suffraganeus assentiri omnibus inhibitionibus sibi factis à Metropolitanò.
- 11 An liceat appellare à sententia interlocutoria, sive ab excommunicatione etiam elapso decennio.
- 12 Quando metropolitanus est iudex contra Episcopum sibi subditum.
- 13 Quibus casibus possit metropolitanus cognoscere de causis subditorum sui suffraganei etiam sine appellatione.
- 14 An lata excommunicatione in aliquem possint ante decennium affigi cedulones.
- 15 An iudex à quo, possit arctare terminum ad prosequendum, sive petendum Apostolos.
- 16 Quando Archiepiscopus possit esse iudex inter suos suffraganeos.
- 17 An possit adiri metropolitanus per viam quarela, quando sublatum esset remedium appellationis.
- 18 An deferens appellationi ob reverentiam Sedis Apostolicæ, vel cuiusvis superioris, totam jurisdictionem à se abdicet.